

come in ditte lettere apar, e di protesti feno essi turchi.

224

Exemplum.

Hiscæ sunt delicta quæ committuntur a viris et mulieribus de secta strigonum.

Primo: Omnes adorant diabolum in forma humana eis apparentem genibus flexis ante eum; et hoc faciunt in domibus propriis et in loco ad quem congregantur.

Deinde accipiunt ipsum diabolum in deum suum et patronum, dantes ei animam suam, et faciunt orationem ei ut sit Deo, ac omnes reverencias exhibendas Deo ipsi diabolo exhibent, et ipsum invocant et nominant sub nomine Dei et gloriosæ Virginis Mariæ.

Ad ejus suggestionem renegant Deum et fidem catholicam et omnia sacramenta, et specialiter baptismum.

Diabolo iubente spuunt super crucem, pedibus eam conculcantes, et aliquæ mingunt super ipsam.

Qualibet habet unum diabolum amasium in forma hominis sibi apparentem: viri in forma pulcræ mulieris, et mulieres in forma viri, qui fere semper eos associant quocumque vadunt.

Exercent actus carnales cum prædictis demonibus et ponunt crucem ligneam ad nudum, quam faciunt sub se quando exercent actus carnales prædictos.

Conficiunt unguenta quæ etiam sæpe vidimus nos et multi, cum quibus ungunt quosdam baculos; quibus unctis, eos diabolus assumit et portat per aerem ad quedam loca ubi innumera multitudo hominum et demonum conveniunt.

Affirmant omnes se pro majori parte corporaliter ire et signa hujus itineris probabilia dicunt; quamvis sciant quod aliquando in visione hoc patiantur; et sciunt utrumque discernere.

Conficiunt etiam quosdam pulveres quos ipsi vidimus, quibus ad mandatum diaboli destruunt pueros facientes eos desicari et mori, et viros dementant: mulieribus ac præhibent et abortiri eas faciunt. Et hæc sunt inventa sæpe et verificata per nos.

Suffocant pueros in cunis diabolo eas coitante, quos etiam sæpe vivos portant ad ea loca tamquam ad nundinas, et, ut ipsi dicunt, ad mercata, et ibi eos coquunt tam lixos quam rostitos, et comedunt, dicentes eam esse optimam carnem.

Pueros quos suffocant aliquando sepultos noctu ex capsula extrahunt et comedunt, et sæpe per viros fide dignos inventæ sunt tertia et quarta hora noctis in cimiteriis dissepelientes pueros.

In signum quod hæc vera sint, a cognatis in die sæpe quesitum est in capsula ubi erant pueri sepulti et nihil in eis inventum est, et aliquando tantum carbonēs, aliquando omnino vacuæ.

In domibus aliquarum inventi sunt plures cranei capitum puerorum, quorum carnes affirmant se comedisse. Et dum quæritur unde habuerint, nominant personas, loca et tempora; et sic fatentur parentes illorum puerorum, imo aliquando in cunis invenisse quemdam nigrum quod videbatur puer sed non vere erat, diabolo hoc procurante.

Multæ illarum ad præceptum diaboli, quando coninçant, extrahunt ab ore sanctam Eucharistiam, et in terram proicientes pedibus conficiant, aut diabolo offerunt ad maleficia conficienda.

Sacerdos quijam septuagenarius et doctus literis tam humanis quam divinis, hoc mense Januarii 1519, qui fuerat a sex personis istius sectæ accusatus, a me examinatus non detentus sed liber, non minis, nec quæstionibus, sed sponte confessus est ultra prædicta omnia, quod quinque vel sex vicibus ad præfatum locum detulit sex crismatis et hostiam consecratam in piseide; quæ duo, videlicet crisma et hostiam sanctam, miscunt cum carnibus et ossibus puerorum combustorum et cum spermate virorum ac mulierum ad faciendum unguenta et pulveres, quibus utuntur ad maleficia prædicta; ipso sciente et consensiente.

Hoc etiam postea coram rectoribus civitatis et doctoribus et aliis viris probis libere confirmavit.

Alia pleraque committunt in maximum vilipendium fidei nostræ.

Quidam ipsorum, qui erant viri non feminae et docti, affirmarunt brevi fore ut secta sua in his partibus major et amplior sit, quam eorum qui sunt vere christiani.

O Deus summe, appone manum ne hæc sequantur, sed excita eos qui præsent ut remedia adhibeant velociter.

A di do, fo il zorno di Nostra Dona. Si an- 225^o
dò in chiesia di San Marco la Signoria con li oratori e altri patricij, e a tuor li candeloti. Procuratori solum sier Zacaria Gabriel e sier Domenego Trivixan el cavalier, et sier Andrea Griti vestito di ne-

(1) La carta 224^a è bianca.